ac omnia iudicata pati debebit et tenebitur seqz ac suos successores ad eadē omnia
obligat illis primo termino peremptorio uti et alios omnes exinde consequentes causis
dein terminos semper peremptorios vera infirmitate protractionis minorennitate successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis
quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra
proximos offi officii Castren Premisliensis [illegible] minores dilationes sibi non recipiendo
nullisque motionibus appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac quaeuis omnia ips
nis simplicibus vel triplicatis exceptionibus suspensione fatalis iuris proscriptione ter-
restri Vallo Conventioneque ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfu-
giendo nec modo quouis evadendo [illegible] praesenti Recognitione ad Acta mediante

Actum in Castro Præmisliensi Feria Secunda Pridie festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio.

10/XI

500

Kozminska Gostkowskiemu Donat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Capitanealibus Premisliensibus Generosa
Helena Grzybowska Generosi Nicolai Kozminski consors legittima eiusdem mariti
sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et uoluntate ad infrascripta recognoscenda
consensu sana mente et corpore existens a terris dictisque iuribus suis ordinariisque suis
quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisl
siensi quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibus omnibus totaliter et
plenarie incorporando et subiciendo palam publice libere ac per expressum recognouit
Quia ipsa totalia et integra bona sua seu totales et integras sortes suas se iure he
reditario sibi pro interesse erga interesse aliorum consuccessorum olim Generosi Stanislai
Grzybowski parentis sui concernit in bonis villae Kinowko [illegible] et dictus [illegible]
consistentes tam paternas ac quam maternas cum omni [illegible] iure dominio proprieta-

te

te hæreditate titulog hæreditario cumq omnibus et singulis bonorum prædictorum utilita-
tibus fructibus proventibus redditibus Commodis emolumentis obventionibus Agris pratis Cam-
pis pascuis Sylvis gais rubetis nemoribus indaginibus vepretis virgultis Stagnis lacubus
piscinis fluvijs fluminibus torrentibus paludibus aquarum decursibus molendinis ædificijs
tabernis subditis Emphyteutis hortulanis Inquilinis eorumq laboribus Censibus dationi-
bus vectuuis munijs officijs ac obsequijs quibusvis attinentijs et pertinentijs bonorum præfato-
rum universis Nihil ex ijsdem iuris dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et
prærogativae pro se Recognte suisq successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo
verum ita late longe circumferentialiterq prout præfatorum bonorum hæreditas se in suis me-
tis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipsamet Recogns
tenuit habuit et possidebat ipsamq concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc
et de facto Generoso Ioanni Gostkowski olim Laurentij filio et eius successoribus
quo ad interesse sui Recognts spectat dat donat ac titulo puræ meræ et irrevocabilis
donationis inscribit et in easq prædict Gnoso Gostkowski abrenunciat et resignat perpe-
tuo et in ævum In quorum quidem bonorum præsentibus donatorum ex nunc et de facto prædicta
Recognts Gnosa Koźmińska coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcumq competentem et ad loca dicta die
quacumq venerit offerendum acceptandum per prædictum Gnosum Gostkowski donatarium suisq eiusq
posteris bona præfata præsentium per se Recognitum resignata cum universis ipsorum utilitatibus
et emolumentis tenendi habendi et possidendi illisq pacifice et quiete utifruendi ad
usumq suum et suorum successorum quorumvis beneplacitum libere et effectualiter convertendi
perpetuis et universis temporibus Debetq et tenebitur præminata Recognts Gnosa
Koźmińska prout se suosq successores in et super bonis suis generaliter omnibus suamq
pecuniam quibusvis habitis et habendis præfato Gnoso Gostkowski donatario suo eiusq posteris
inscribit et obligat præsentium ipsum eiusq successores in dictis bonis resignatis et ratione eorun-
dem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcumq personarum cuiuscumq
Conditionis status et sexus cuiusvis existendum exonerandum in omni Iudicio et officio Re-
gni per omnes prædescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris
spectat et pertinet prædescriptio semper toties quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere et eliberare indemnemq ad posteris reddere. Alias non bona

praefata praesentibus donata ac omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus quibuslibet et processi-
ibus cuiusvis personarum modo quocunque factis et faciendis tum etiam a quibusvis Litteris
in eadem bona importatis et importandis Luceis denique et pertinentiis processibusque Iuris qui-
busvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni
obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis resignatis perductis et perducendis evadiare
et liberare mandat et libera semper facere ac eius Introventionem praefata coram officio
praesenti admissam in feudo bonorum praefatorum praesentium resignatorum dictum per Nobilem et Nobiles
officiales requiretur non denegare nec debebit et tenebitur eandem libere dare et
effectualiter admittere dataque et admissa eadem possessione et Usufructum praemissorum
omnimodo quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non impediendo nec adimere, ipsumque Donatarium suum et eius successores in prae-
missis omnibus ullo modo non iniuriando, ita ut eadem bona praesentium resignata idem Do-
natarius suus, suus eorum posteris quiete et pacifice Inscriptionis praesentis Donationisque
vigore tenere habere et possidere queat perpetuo et in Summa Polz. sub damnis
Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis per eandem Recognoscentem
aut eius posteros praefato Donatario suo eiusque successoribus ob non completionem praemisso-
rum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendum Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramen-
to taxandis modo praemisso ad solvendum succumbendis ac re aliqua praemissorum pariter ex praemissis
non completa complendum Citata ex ius memorata Recognoscens Generosa Kominska sui
cum posteris Ad instantiam praedicti Generosi Gostkowski vel eius successorum Ad officium
Castrense Capitaneale Brzescense Varsaviensis Extunc receptum supra scripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iudicio
vere respondere damna praefata Terrestria simpliciter taxanda luere Inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores
ad eadem omnia inscribit et obligat Illudque primum terminum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate
pro nancisci minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio mili-
tari ad Maiestatem ad Tribunal vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus in-

pedimentis

pedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Officij praesentis Castren. Praemislien.
Iuridicos terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellationes ac earund.
prosecutionem faciendo ac quibuscunque omnia praemissis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspe-
tionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventione ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesen-
ti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro Praemisliensi feria Quinta post festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

13/XI

Baranowski Skwarcza Quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosus Ste-
phanus Baranowski sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis
quibusvis proprijs et competentibus modo praesenti vero Castren. Capitan. Praemislien. Iuris ditioni quo
ad actum hunc attinet se eius dem conditionibus ac bonis suis gatis omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosum
Nicolaum Skwarcz eiusque posteros de summa duorum Millium et octingentorum florenorum
polonicorum sibi Recognita per eundem Generosum Skwarcz Actis Terrestribus Praemislien. modo simpli-
cis debiti ad solvendum inscripta iam vero persoluta Tum de ipsa Inscriptione debitorea Ter-
restri Praemislien. Quietat, emittit liberumque et absolutum pronunciat perpetuo Inscriptio-
nem praedictam Terrestrem Praemislien. debitoream cum omnibus eius conditionibus et ligamen-
tis vadijsque ac nexibus in toto et totaliter Cassat mortificat et annihilat Recognoscens sibi sum-
mam praedictam realiter praestitam esse persolutionem ob quam sibi suisque posteris perpetuum imponit
silentium.

Skwarcz Baranowskie Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosus Nicolaus
Skwarcz sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus